



## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

22. Quomodo tempore sacrificij Missæ, locus altari vicinus Angelorum  
choris plenus sit, atque huiusmodi angelorum multitudinem à quodam  
conspectam esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](#)

eeens super altare, & cùm extendisset presby-  
ter manus, vt frangeret panem, descendit an-  
gelus de cœlo, habens cultrum in manu, & sa-  
crificauit puerulum illum, sanguinem verò e-  
ius excipiebat calice. Cùm autem frangeret *Incredulo*  
presbyter in parua frusta panem, etiam ange- *vertitur En-*  
*lus incidebat membra illius pueri in modi-* *charistia in*  
*cas partes. Cùm verò accessisset senex vt acci-* *carnē sanguis*  
*peret sanctam communionem, data est ipsi so-* *ne cruentalia.*  
li caro sanguine cruentata. Quod cùm vidis-  
set pertimuit, & clamauit dicens: Credo Do-  
mine, quia panis, qui in altari ponitur, corpus  
tuum est: & calix sanguis tuus est. Et statim fa- *Cur caro Chri-*  
*cta est illa caro in manu eius panis secundum sti in sacra-*  
mysterium, & ore sumpsit illum agentes gra- *memento specie*  
tias Deo. Dixerunt autem ei senes illi, *D E V S panis obtega-*  
nouit humanam naturam, quod non potest ve- *tur.*  
sci carnis humanis, & propterea transfor-  
mauit corpus suum in panem, & sanguinem  
in vinum.

D. Ioannes Chrysostomus lib: 6. de Sacerdotio.

Quomodo tempore sacrificij *Missa locus*  
*altari vicinus Angelorum chorus plenus sit,*  
*atq; huiusmodi angelorum multitudinem à*  
*quodam conspectam esse.*

C A P. X X I I.

**C**VM autem (Sacerdos) spiritum sanctū *Missa sacrifici-*  
*inuocauerit, sacrificiumque horrore ac ciuim horrore*  
*reuerentia plenissimum perfecerit, cō- & reuerētie*  
*muni omnium Domino manibus assiduè per- plenissimū.*  
tractato, quæro ex te, quanto illum in ordine

C 4 collo-

collocabimus? quantam autem ab eo integratatem exigemus? quantam religionem? considera enim quales manus illa administrantes esse oporteat: qualem linguam, quæ verba illa effundat, qua denique re non puriorem sanctioremque esse conueniat animam, quæ tantum illum, tanquam dignum spiritum receperit. Per id tempus & angeli sacerdoti assident, & cœlestium potestatum vniuersus ordo clamores excitat, & locus altarii vicinus in illius honorem, qui immolatur, angelorum chorus plenus est. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto sacrificio, quod tum peragitur. Ego verò & commemorantem olim quendam audiui, cùm diceret senem quendam, virum admirabilem, ac cui reuelationum mysteria multa fuissent diuinitus detecta, sibi narrasse, se tali olim visione dignum habitum à Deo esse, ac per illud quidem tempus drepente angelorum multitudinem conspexisse (quatenus aspectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus indutorum altare ipsum circunda tium: denique sic capite inclinatum, ut si qui milites præsente rege stantes videat.

*D. Ioannes Chrysost. lib. 6. de Sacerdotio, qui ex hac vita emigraturi pura conscientia Eucharistiam participant, ab angelis deducuntur, propter reverentiam tanti sacramenti.*

C A P. X X I I .

Alius